157/17 1643 September 29., Kommende Hohenrain

Schreiben des päpstlichen Nuntius bei den kath. Orten, Girolamo Farnese, an den Ammann von Stadt und Amt Zug, Beat II. Zurlauben, mit Bitte um schnellen Abschluss der Kapitulation mit dem Heiligen Stuhl

A «Ill[ustrissi]me d[omin]e

Accepimus v[est]ri cantonis tugiensis concessionem pro tribus aut pluribus etiam cohortibus conscribendis, neque nos deerimus [?] honorario iuxta senatorum numerum in maiori consilio[1], necessum tamen prius erit, ut capitulationes stabiliantur. Quod equidem, si absque dila[tion]e fieret, nobis imprimis gratum eveniret. Et quia negotium longius protraheretur, si reliquorum o[mn]ium cantonum[2] concessionem expectare vehimus [?], ea propter d. v. non gravabitur vel personaliter venire, vel mittere viros capaces, qui quamprimum de capitulationibus praefatis nobiscum transigant, et hoc etiam erit ex voto n[ost]ro, si canto tugiensis primus sit, qui sua vexilla pro servitio [?] s.^{ae} sedis erigat. Caeterum ex eis, qui hactenus suam operam exhibuerent, praeter deos hactenus nemo fuit, d[omi]num scilicet capitaneum Chröuel [= Rudolf II. Kreuel?], et d. Brandeberg [= Kaspar Brandenberg] nepotem d. a Weisenbach [= Karl Weissenbach], verum et circa hos et alios, signi praetendent, ex d. v^{re} [//] consilio instrui et dirigi cupimus. Cras festum s. Hieronymi, diem nobis natalem agimus; duceremus equidem maximo nobis honori [?], si licuerit d. v. praesentiam impetrare, cui o[mn]em ex a[n]i[m]o felicitatem apprecamur. Hohenrein [= Kommende Hohenrain], 29. septembris 1643.

Ill.^{me} d. v^{re}

studiosiss[im]us
Hi[eronymus] archiep[iscop]us Patracensis [= Girolamo Farnese]».

Zuunterst auf der ersten Seite steht folgender Vermerk:

«D. landamman tugi[ensi]s.»

[1] Der Zuger Stadt- und Amtsrat.

[2] Die V katholischen Orte der Innerschweiz.

AH 157, Bl. 37-38 • Bl. 38^{r} leer (auf Bl. 38^{v} ein Briefentwurf als eigenes Dokument AH 157/18).
Original.